



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Inivste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 3. Ambitionis, & ambitiosorum contemptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

secundum quosdam, duobus de octoginta. Imperavit annis viginti. Mansit privatus Saloni, rei rustica indulgens annis decem, & post mortem inter divos relatus est; more scilicet Ethnicorum, qui cum honorem, quem re ipsa conferre non poterant, fingendo decernebant.

§. III.

Ambitionis, & ambitionis contemptus.

Hi tres, primus exemplo, alter laboris adiuncti tædio, tertius diffidentiâ fortunæ coronas abiecerunt, sceptrâ atque imperiâ calcarunt. Non igitur tanti fecerunt honores, quibus se sponte abdicarunt, ut ob eos amissos, ad restim currerent, aut Deorum suorum accusarent iniquitatem. Quin adeo oderunt vel Ethnici honorem ambitionis amatores, ut eos palam perstringerent exponerentque chachinnandos. Antisthenes, cum Platonis superbiam notare cuperet, fortè in pompa equum hinnientem frementemque aspiciens, ad Platonem versus aiebat: *Tu profectò, meo iudicio, præclarus fuisse equus.* Est enim equus animal superbissimum, & ut pavo *laudat as explicat alas*; ita caballus phaleris ornatus, & manuum plausibus velut palpo percussus, aures arri-

git

Bruson.
lib. 6, c. 5.

git; hincque ad gloriae occasionem. Quid
 verbis vtor? neminem minus honoribus di-
 gnum arbitramur, quam qui honores am-
 bit: illum autem sapientem putamus, qui
 populares auras, & famam laudesque ina-
 nes spernit; immo qui honores patriae bo-
 noque publico postponit. Quemadmodum

Herodot.
 lib. 7.

Athenienses studio conseruandae Graeciae
 imperium classis, quod illis iure debebatur,
 Laconibus permiserunt, socijs ita volenti-
 bus, ne seditio aliqua oriretur, cum ad Ar-
 temisium cum 271. nauibus, contra Xerxis
 innumerabilem classem pugnaturi essent.
 Quod exemplum vti nam nostra militia
 imitaretur, in qua videmus, multos alio-
 qui praecellosos Duces ante patriam deserere,
 quam aemulo cedere; neque hosti irrupenti
 obistere velle; ne videantur iuniori, aut re-
 centiori in militia celsisse. Quem isti hono-
 rem merentur, quibus potior est praecedendi,
 quam vincendi gloria? Quorum vita,

Vide
 Clem.
 Alexand.
 4. Strom.
 cap. 4.
 Plin. l. 7.
 hist. c. 74

ut Epicharmus dixit, est vter inflatus? Plin-
 nius certe, ut ab origine nostra humilem
 nobis ipsis sensum infingeret, ita scripsit:
 Miseret atque etiam pudet aestimantem, quam
 sit frivola animalium superbissimi origo, cum
 plerumque abortus causa fiat odor à lucerna-

rum.

rum extinctu. His principijs nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortuna munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum: tu cuius semper in victoria est mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti: atq; etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente: aut etiam, ut Anacreon Poëta, acino uua passe: ut Fabius senator prator, in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demum profectò vitam aqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humane memor fuerit. In hunc modum Ethnicus suam expendit vilitatem.

§. IV.

Christus exemplo suo docuit honorum fugam.

Sed multò adhuc illustriora sunt, apud Christianos, exempla honoris repudiati, aut depositi. Nimirù ab ipso Christo, magistro humilitatis, profundiora illi virtutis fundamenta didicerunt. Quid enim eo humilior, qui videns, quòd Mundi superbia eò usque ascendisset, ut Dei maiestatem sibi homines usurparent, voluit hominis formam accipere, ut profundissima humilitate insolentissimam superbiam curaret? Itaque non in regia, sed in stabulo natus, inter bruta animalia

Matth. 11.
29.

Luc. 2. 7.